



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Compensatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

totum, var. resolut. & pro practica ecclesiastica, vide n. 9. 10. 11. & 12. Diaz. pract. crim. Can. c. 134. Sylv. in ver. poena, §. 6. & §. 21. Navarr. c. 23. num. 101. in notab. 7. Tabien. in ver. renunciatio, num. 5. & c. presbyteri, de penitent. & remiss. cap. parochianus, ibi gloss. in verb. satisfaciens, de sentent. excom. loc. cit. lib. 1. cap. 4. num. 8. Gom. tract. de Brevi. num. 25. Facit c. si Canonici, ver. si autem. & ibi Gemin. notab. 3. de offic. ord. lib. 6. per cap. irrefragabili, §. fin. eod. titul. extra, & c. pro kamaani, de homicid. lib. 6. quibus in locis ponuntur multa a prelatiis pro crimine, juxta qualitatein delicti, loci, personæ, & aliorum, prout dictum est in ver. poena, §. 3. & 6.

Secundò, posse judicem ecclesiasticum sibi retinere poenam pecuniariam, quia id sibi de jure licet, patet apud omnes, Felin. & alii, in c. irrefragabili, §. ceterum, ver. quarta conclusio, de offic. Ordini. tamen honestius facerent, si illa locis piis applicarent, Diaz. loc. cit. & Felin. ibidem, in ver. tertia conclusio, Covar. loc. cit. num. 9. ver. quartum, Boss. in tit. de poen.

Tertiò meminerint judices illius Ambrosii. Facilitas venia magis prabere solet in tentivum ad malum, c. est injust. c. 23. q. 4. & illius Isidori: Cù violatur, auro justitia, nullamque reus pertimescit poenam, quam scit pecunia posse redimere, ut in c. pauper, 11. q. 3. ideo ne sint faciles prelati ad compositiones faciendas super delictis, sed castigent ea poenitentis salutibus afflictiis, ne delinquentes deteriores fiant in posterum, juxta illud Matth. c. 5. Vade, & amplius noli peccare, ne deterius

aliquid tibi contingat: vide omninò Host. in sum. tit. de offi. ordin. 2. quid pertinet, n. 4. ubi dicit, delicta debere puniri secundum quantum pecuniæ, & personæ sunt quæ delinquunt, non res, c. prodest & severitas. 23. q. 5.

Quartò, compositio debet fieri a iudice ante vel in ipsa sententia: nam post illam non potest, cum jam functus sit officio suo; Paul. Grill. tract. de malefici. de composit. capit. 1. num. 11. Diaz. pract. crim. Can. cap. 136. Foller. pract. crim. fol. 101. num. 32. & mff.

COMPENSATIO.

Primò, licet fieri compensationem auctoritate propria occultè, quando quis non posset aliter habere suam iis viis. Primò, propter aliquem defectum. Secundò, propter injustitiam. Tertio, propter ignorantiam. Quartò, ob judicem suspectum. Quintò, propter parvitatem rei, & magnitudinem fructuum in recuperatione. Sextò, quia ex lite similitates orientur. Septimò, vel quia si vellet litigare, amitteret gratiam & amicitiam illius, qui debet. Octavò, quando existimas debitorem oblitum esse restituere, Cajet. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 3. gl. in c. ius gentium, in ver. sedium, i. d. sed debent concurrere sex circumstantiæ, quas narrat Navar. c. 17. n. 113. Soc. lib. 5. q. 5. art. 5. Sylvest. in ver. furtum, §. 15. Cajet. ubi sup. 3. in ultimis verbis, Panor. in e. olim, il. 1. de restit. spol. Tiraq. de viroque tract. in presat. num. 70.

Secundò, hoc ampliatur, etiam si fieret excommunicatio, quia non propter

hoc tenetur revelare ille, qui occultè accepit suum, Navar. *loc. cit. numer. 175.* Angel. *in verbo furtum*, §. 21.

Tertiò, sed non liceret per vim & violentiam recuperare suum, etiam si non posset aliter recuperare illud, Sor. *loc. cit.*

Quartò, compensatio an detur super liquido ex uno, & illiquido ex altero, vel super specie promissa ex una, & quantitate ex altera, vide Marant. 4. *par. dist. 6. num. 2.* & Foller. *ibi, in addit. per multa dicta*, §. n. 39. & gl. *in c. cum Joannes*, in *ver. compensare, de fide instrum.* & gl. *text. in c. 2. de deposito*, vide Covar. *lib. 1. cap. 2. num. 14. ver. 4. var. resolut.*

Quintò, hoc solum dicam pro practica, quòd quando actor habet debitum liquidum, & reus illiquidum, & vult uti remedio compensationis, quòd tunc ad hoc probandum, & ad impediendum executionem contra se, gloss. *in ver. in aliis*, dicit sufficere, si hoc probat spatio duorum mensium, sed quòd Foller. *ubi supra*, hoc remittit arbitrio judicis.

Sextò, an compensatio habeat locum adversus executionem paratam, vide Capyc. *decis. 167.* ubi dicit, quòd sic, nec obstare juramentum.

Septimò, idem dicit in instrumento in forma Camere, etiam obstare exceptionem compensationis, & hoc etiam arbitrium judicis, maximè, quando debitor esset pauper, & gravatus onere filiorum. Gallel. *in tractat. de for. Cam. obligat. q. 2. num. 6. fol. 40.* quod est notandum, & vide Capyc. *decis. 88.* Ratio est, quia compensatio habet vim solutionis, & hoc valere etiam in statutis affirmat Tiraque. *de utroque retractu*, tit. 1. §. 3.

gl. 3. nu. 2. licet. Affli. & *decis. 382. n. 6.* dicat oppositum, tamen valet compensatio contra instrumentum dotale, idem *decis. 221.* & *decis. 381.* vide Covar. *libro 2. cap. 11. per totum.*

Octavò, an compensatio, seu exceptio usurarum impediatur executionem instrumenti, habentis ex statuto executionem paratam, videlicet quodammodo remissivè, Tiraqu. *de retract. convent. §. 3. gl. 1. num. 36.*

Nonò, an compensatio admittatur in deposito, vide Panor. *in capitu. 2. num. 1. 6.* & 10. *de depos.*

COLONUS.

PRImò, verum est, quod colono propter sterilitatem fit remissio, *cap. propter, de loc. & cond.* similiter tempore belli fit remissio, Angel. & Doctor. *in l. si merces. ff. locat.* Novell. *de jure protim. §. 8. & 9. num. 81.* tamen hoc fallit primò, quando colonus renunciavit omni legum & juris auxilio, &c. quia tunc illa clausula operatur, quòd etiam simplici conductori, sive ob sterilitatem, sive ob alium quemcunque casum, non fit remissio alias à jure fieri solita. Capyc. *decis. 87. nu. 10.* & *decis. 88.* vide omninò Dyn. *in c. contractui*, à num. 11. & *ibi addit. de reg. jur. lib. 6.* ubi satis explicat, an ex natura contractus quis teneatur de casu fortuito, facit ibidem text. & gloss. *in cap. 1. de pact. & ibi gloss. in fi. cod. lib. 6.*

Secundò, quando habet locum remissio, vide Sylvest. *in ver. locatio*, §. 13. & Flor. Theolog. 4. *sent. de contract. locat. & conduct. art. unico, dub. 1.* ubi concludit, quod